Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



. xvij.

112

agnoscimus. aliud esse quod intimant. aliud qd sonant.
Tanto autē quisq; notior illi extraneus redditur. quanto
in sola ei superficie ligatur. Ecce enim quo beatus iob die
suo maledixisse describitur. pereat dies in qua natus sum.
et nox in qua dictum est conceptus est homo. si superficies
historie adtendit. qd his uerbis reprehensibilius inuenitur.
Quis autē nesciat die in quo natus est nequaquam tunc stare
potuisse. Modus quippe est temporis. ut statim non habeat
mansionis. Qui enim p uentura tendit ad esse semp expiratus
festinat ad non esse. Cur g uir tantus maledicere rei quam
nequaquam subsistere non ignorare. Si fortasse aliquis dicat.
qd ex eo pondus uirtutis eius aspicit. quia tribulatione com
motus illi rei maledictum irrogat. que constat qd minime
subsistat. Si hoc etiam pspecta ratio destruit. quia si subsis
tebat res cui maledicebat. pniciosum maledictum intulit. si autē
non subsistebat ociosum. Quisquis u ei spū plenus est. q aut omne
uerbu otiosum qd locuti fuerint homines rationem reddent
deeo indie iudicii. ita ociosa admittere. sicut etiam pnicio
sa formidat. Cui ad huc sententie adiungit. Dies illa uer
tatur in tenebras. non requirat eum ds desup. et non sit in
recordatione. et non illustret eum lumine. obscurent eum
tenebre et umbra mortis. occupet eum caligo. et inuoluat